MEMORIAE

DOMINICI . SANSONII

SICILIARUM . ORDINIS . EQUITIS

AC . JUDICIS

CURIA . IN . MAGNA

QUAE . EX . MUNERE

AD . LEGES . ACTA . REVOCANDI

NOMEN . OBTINUIT

PETRI . NAPOLI-SIGNORELLII

BONONIENSIS . R . ACADEMIAE

PROFES . EMERITI

MUSICUM . PENSUM

AMORIS . ET . OBSEQUII

MONUMENTUM

DICATUM

MDCCCXIV

I

AD . PONTANIANOS

MONITUM

UT . A . LACRYMIS

TEMPERENT



Sodales . Optimi
Abantia . proles
Inerti . en . saxo . ac frigido
Sansonii . Dominici
Sita . iam . sunt . ossa
Lacrymabilis . jactura!
Nihilominus
Siluisse . ne . me . pigeat
Loqui . cum . sit . opus
Dicite . quaeso

Consors . aliquando
Norma . plerumque . ét . exemplar
Coelitum . incolit
Sedes . supernas
Sedes . quippe . Veris . ubi . aeterni
Virescens . ridet . amoenitas
Nemo . ubi . nisi . justus . habitat
Unde . absunt . abeuntque . semper
Serta . nefanda
Cladibus . deturpata
Potentum . clamides
Nigro . madentes . cruore
Foeditas . omnis . improbitas . omnigena
Stygiae . pestes
Felices . quamvis . passim . sub . Luna
Grassentur
Optimorumque . saepius . sint . calamitas
Illinc . turmatim
Praecipites . erumpunt
Perpetuò . exulant
Nunquam . etenim . ad . incorruptibile
Gloriae . culmen

Duxerunt
Vel . Montes . adversùs . Olympum
Montibus . superimpositi
Vel . Arces . Telluris . ultra . atmosphoeram
Vano . conatu . evectae .
Polum . petentes . stultitiâ
Non . enses . tela . bipennes
Hominem . nefariè . obtruncantes
Non . atroces . Tebanorum . Fratrum
Discordiae
Non . impia . per . sacra
Tosta . Dardanidum . pergama
Non . cruenta . Achilleâ . iracundiâ
Parta . trophaea
Sola . Probitas
Piis . bonis . justis . stipata
Perfidiâ . in . eam
Frustra . fremente
Illic . serena . praefulgens . majestate
Dominatur
Gaudet . igitur . ibi
Noster . Pontanianus

Insons ; innocuus . pius
Radiantis . particeps . Gloriae
Entis . Maximi . Omnipotentis
Nutu . qui . cuncta . fecit
Nutu . qui . cuncta . movet
Adstat . illic
Feliciter . Sansonius
Animae . humanae
(Meministisne . Cives ?)
Sagax . scrutator
Juris . interpres . incomparabilis
Scriptor . elegans
Disertus . Orator
Socraticam . semper . mente . ac . moribus
Redolens . Sapientiam
Exul . clarus
Officiosus . Civis
Apud . exteros . Patriis . in . laribus
Mirabilis . semper
Semper . laudabilis
Nemini . non . carus
Quaproper

Ubi . Beatitudo
Ineffabili . nec . peritura . laetitia
Sancta . implet . mulcetque . corda
Inibi
(Nos . dum . heic . Terricolae
Scelestos . contra
Dubio . dimicamus . marte
Debilem . dum . cymbam . trepidi
Minacem . adversùs . Pelagum
Ducimus
Velisque . remisque
Lassis . lacertis
Servare . conamur)
Inibi . inquam
Securus . placidè
Immortales . inter
Immortalis . Dominicus
Vivit . certè . beatus . vivit
Vivet . aeternùm
Procul . hinc . ergo . procùl . hinc
Lacrymae
Sodales . optimi
Proles . Abantia

II

SIGNORELLII . VOTA

AD . AMICUM . SANSONIUM

IAM . DIVUM



Anima . verè . innocua
Quae . Sole . quovis . splendidior
Immortalitatis . nunc . fulges . in . Templis
Eja
Cum . Numinis . Creatoris . solium . pone
Felicitate . per . Virtutis . semitas
Rite . quaesitâ
Perfrueris
Brachia . protendens , enixè . deprecare
Atque . ut . inclytis . Dominis
Ioachim . et . Carolinae
Spes . unde . decus . praesidium

Manat . Parthenopes
Gloriam . det . pacemque
Vulnifica . ut . hastilia . totidem . convertat
In . vomeres
Innubilam . ut . efficiat . Europam
Sermonem . ut . patrium . moresque
Servet . Ausoniis
Perennes . ut . reddat . Pontanianos
Exora

III

Justum
Receperunt . Coelites
Hunc . penes
Justitia . et . Pietas
Haec . mollitiei
Asperitatis . illa
Expertes .
Diu . ac . amicè
Quieverunt
Mors
Probum . rapuit
Divas . disjunxit
Orbis
Contra . votum
MDCCCXIII

IV

Sansonii . memoriae
Pario . in . marmore
Rudi . Clitarchi . Efesii . scalpro
Parthenopes . ex . voto
Pontaniani
Monumentum

P

MDCCCXIII